

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Croacus Elisii Calentii Amphraten. De bello Ranarum. In  
quo Adolescens iocatus est**

**Calenzio, Eliseo**

**Argentorate, 1511**

**VD16 C 220**

Galentius lutio fillio salvetem

[urn:nbn:de:bsz:31-290342](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-290342)

CROACVS  
CALENTIVS LVTVIO FILIO  
SALVTEM.

VM Iustrum Perago in pelignis Naonis pa-  
d triam veneratus, apud Colotiū meum, inter  
negocia plurima interdum noctu ad literas in-  
uitor. Et cum libellos alios non habeam, quos lectitē,  
mea carmina relego, quæ mihi quondā iuueni placue-  
re. Et in primis elegias illas, quas ad Orinthiam adole-  
scens scripsi, ob negocia alia iam diu desertas, atq; in-  
mendatas repeto. Cum his Croacū libellū, quem pri-  
mum omnium ea ætate edideram, comperi Homerū imi-  
tatus. cuius fabellam semel, cursimq; legeram, eius ar-  
gumenti memōr, cū exemplar negaretur, opus denuo  
scribere adortus sum nouis ꝛ sibus, quod septem die-  
bus absolui. Tanta mihi, tum eius rei vis materiæ sup-  
petebat, ut non fabulam edere, sed editā scribere visus  
sim, quasi eo prælio affuissem. Iōge quidem plura his  
adijciēs e meis iocis. Illum ego inter iuuenilia fragmē-  
ta comptum legi, ridens, ac transcribi iussi, pro tempe-  
emendatū, quem ad te mitto, ut puer interdū lectites,  
quē ego non multo maioris ætatis annos, scilicet duo  
de viginti natus ædidissem, & te a minutarū ferarū præ-  
lijs ad heroum, ducūq; gesta facilius cōferas. Vale.